

Un nuevo comentario de Domingo Báñez (Codex Ottoboni 1055, ff. 55^r- 101^v)

POR

LEONARD A. KENNEDY, C. S. B.

INTRODUCCION

En la historia del tomismo en la universidad de Salamanca en el siglo xvi ocupa un lugar importante el comentario de Domingo Báñez a la Primera parte de la Suma Teológica de Santo Tomás, cuestión 3, artículo 4. Lo importante en este artículo es la discusión de la relación entre esencia y existencia en las criaturas. Hasta ahora se creía que el único texto, en que se hallaba esta discusión, era el comentario impreso de Báñez, publicado por primera vez en Salamanca en 1584. El único manuscrito conocido de Báñez sobre este artículo es de un curso suyo en 1594-95¹. Pero en este curso, Báñez remite sencillamente a sus oyentes a su obra impresa:

In hoc articulo poterat disputari quaestiones graves de esse et essentia, quomodo se habeant inter esse. De qua re in nostris commentariis diffiniuntur dubia. Quae praetermittimus ut ad graviore quaestiones perveniamus².

1. V. BELTRÁN DE HEREDIA, "Valor de las Lecturas del P. Báñez", *Ciencia Tomista*, XXXIX (1929), 79-81.

2. *Commentarium in Primam Partem*, q. 3, a. 4; Lisboa, Bibl. Nacional, Cod. 4.951, f. 33^v.

Báñez nos dice en la introducción a este comentario impreso que el comentario se basa en sus lecciones de 1581-84³. Sólo existe un ejemplar de esas lecciones⁴. Hasta el presente se creía que comenzaban en la cuestión 3, artículo 6, donde se hace mención de la muerte de Bartolomé de Medina, el 29 de diciembre de 1580, y de la instalación de Domingo Báñez en la Cátedra de Prima, el 18 de febrero de 1581⁵. Sin embargo, un atento examen del Codex Ottoboni 1055 revela que se añadió un comentario de Báñez sobre las secciones anteriores de la Primera parte.

El Codex Ottoboni 1055 contiene el comentario de Bartolomé de Medina sobre la Primera parte, desde el comienzo hasta la cuestión 2, artículo 1 (ff. 2r-55r). Bartolomé dio su última lección el 24 de diciembre. Inmediatamente se encuentra en el códice un comentario que comienza con la cuestión 2, artículo 2, y termina con la cuestión 3, artículo 5 (ff. 55r-101v). Está escrito con letra diferente (y muy legible). Esta sección probablemente es toda de Domingo Báñez, como indicaremos ahora. Luego viene, con otra letra, un segundo comentario que comienza con la cuestión 2, artículo 2, y termina con la cuestión 3, artículo 5 (ff. 102r-120r). Este comentario es, sin duda, del anónimo sucesor de Bartolomé, que tuvo las lecciones hasta que Báñez se instaló en la Cátedra de Prima. El comentario de Báñez, que comienza con la cuestión 3, artículo 6, y continúa hasta la cuestión 18, artículo 4, ocupa el resto del códice (ff. 122r-266r)⁶.

Por lo que toca a los ff. 55r-101v, puesto que el comentario de Báñez comenzaba con la cuestión 3, artículo 6, parece que se creyó conveniente añadir un comentario bañeziano más antiguo sobre parte de la sección que faltaba. Se puede comprobar que este comentario es obra de Báñez con sólo comparar cada artículo con el comentario impreso. Esto es completamente cierto respecto a la cuestión 3, artículo 4, que nos ocupa. Es obvio que sea la

3. *Scholastica Commentaria in Primam Partem...*, Vol. I (Madrid-Valencia, 1939), pp. XIX, XXII.

4. Roma, Bibl. Vat., Cod. Ottoboni 1055 y 1017.

5. Cdo. Ottob. 1055, f. 122r. Véase F. EHRLE, "Los manuscritos Vaticanos de los Teólogos Salmantinos del Siglo XVI", *Estudios Eclesiásticos*, IX (1930), 163. Ehrle piensa que el artículo 1 de la cuestión 3 comienza en este folio, pero de hecho es el artículo 6.

6. Véase C. Pozo, *La Teoría del Progreso Dogmático en los Teólogos de la Escuela de Salamanca, 1526-1644* (Madrid-Granada, 1959), pp. 182-183.

obra de Báñez, que él tenía a mano cuando compuso su comentario impreso en 1584. Debió ser escrito antes de 1581, pero no hay indicación alguna de la fecha de composición.

Más adelante transcribimos la sección de este artículo que trata de la relación entre esencia y existencia en las criaturas. Fue reelaborado completamente al prepararlo para la publicación. Incluso los encabezamientos fueron cambiados. Los *dubia* en el códex Ottoboni son los siguientes:

- (1) Si la existencia y la esencia son distintas en las criaturas;
- (2) Si Dios puede conservar la esencia sin la existencia;
- (3) Si la esencia es la causa eficiente de la existencia;
- (4) Si la forma es una causa formal de la existencia.

Por otra parte, los *dubia* en la obra impresa son:

- (1) Qué es la existencia;
- (2) Si la existencia es distinta de la esencia en las criaturas;
- (3) Si la existencia es más perfecta que la esencia;
- (4) Si la existencia de las criaturas es causada por Dios;
- (5) Si los accidentes tienen su propia existencia.

Algunas de las doctrinas que son idénticas en los dos comentarios son las siguientes:

- (1) Esencia y existencia no difieren sólo mentalmente;
- (2) Aunque la opinión de que la esencia y la existencia son sólo formalmente distintas tiene alguna probabilidad, es mucho más probable que son distintas como dos cosas;
- (3) La existencia es creada, pero la esencia no lo es⁷.

También tiene lugar un endurecimiento de algunas posiciones entre el manuscrito y la obra impresa:

- (1) El manuscrito enseña que, aunque es probable que Dios puede conservar la esencia sin la existencia, es mucho más probable que no lo pueda.

La obra impresa mantiene que es una contradicción para la esencia el existir sin la existencia⁸.

⁷ *Scholastica Commentaria...*, pp. 146-147.

⁸ *Ibid.*, p. 147.

(2) El manuscrito dice que, aunque es probable que la forma es la causa eficiente próxima de la existencia, es mucho más probable que no lo sea.

La obra impresa indica sin más que la forma no es la causa eficiente de la existencia⁹.

Se halla también un cambio de postura. En el manuscrito se afirma que la forma es la causa formal de la existencia, pero la obra impresa contradice esta afirmación¹⁰.

Aunque el tratamiento en la obra posterior es diferente que en la anterior, la posterior contiene la mayor parte del material de la anterior, y le añade también algo propio. Estas diferencias, unidas a los cambios de postura que acabamos de mencionar, indican que probablemente transcurrió cierto número de años entre los dos comentarios.

Sigue a continuación la parte del comentario de Báñez sobre la Primera parte, cuestión 3, artículo 4, que se refiere a la relación entre esencia y existencia en las criaturas. Se encuentra en el Codex Ottoboni 1055, ff. 81r-95r.

9. *Ibid.*, p. 153.

10. *Ibid.*

Codex Ottoboni 1055, ff. 81^r-95^v.

81^r Ultimo est notandum quod esse accipitur dupliciter, uno modo esse essentiae in quo sensu idem pollet esse quod essentia; alio modo accipitur pro esse existentiae, et in hoc sensu accipitur hic *ab*¹ Thoma.

Dubium est utrum esse in secunda acceptione distinguitur ab essentia in rebus creatis. Et videtur quod non. Primo. si esse distinguitur ab essentia vel est accidens vel substantia; neutrum horum; ergo. Quod non sit accidens probatur: substantia non existit dependenter *ab accidente*². Item, quia omnis actio substantialis productiva terminatur ad esse, sed terminus generationis substantialis non potest esse accidens. Ergo. Quod vero non sit substantia probatur: non est materia neque forma neque compositum; sed omnis substantia dividitur in haec tria, teste Divo Thoma, 2 De Anima, textu 2. Confirmatur: si esse est actus substantialis realiter distinctus a substantia, sequitur quod in composito substantiali sit gemina substantialis compositio, altera ex materia et forma, altera ex esse et essentia. Consequens est falsum, quoniam tunc naturale compositum esset ens per accidens, quemadmodum esset ens per accidens si compositum haberet duas formas substantiales ex quibus constare. Ergo.

81^v Secundum argumentum. Sequitur ex opposita sententia quod Deus *potest*³ separare esse ab essentia et conservare utrumque *seorsum*⁴. Consequens est falsum. Ergo. Sequela probatur, nam cum duae res realiter sint distinctae nihil vetat quod Deus unam sine alia conservet. Falsitas/consequentis probatur, nam impossibile est quod essentia conser-

1. Ms. *ad*.

2. Ms. *a substantia*

3. Falta en el ms.

4. Ms. *sensum*

vetur in rerum natura sine existentia; alias haberet esse et non haberet esse. Hac enim ratione probat D. Thomas, prima parte, quaestione 66, articulo quinto; dicit enim quod materia non potest esse sine forma quoniam alias existeret actu sine actu, quod est impossibile.

Tertium argumentum *sequitur*⁵. Si esse realiter distinguitur ab essentia, sequitur quod sit effectus ipsius essentiae. Consequens est falsum. Ergo. Sequela probatur, nam quidquid est in essentia rei ab ipsa realiter distinctum sequitur ad ipsam essentiam, saltem per simplicem resultantiam. Nam alias, si proveniret ab aliqua causa omnino extrinseca, per accidens contingeret ipsi rei. At existentia non convenit per accidens alicui rei sicut communia accidentia. Ergo. Minor probatur, nam essentia non est prius natura quam habeat esse, sed de ratione causae, saltem efficientis de qua loquimur, est quod sit prior suo effecto, etiam si effectus sequatur ad ipsam causam per simplicem emanationem, ut patet in propriis passionibus. Prius enim *instituitur*⁶ quaelibet res *constituta*⁷ in esse essentiali quam ab illo sequantur passionis propriae. Ergo.

Quartum argumentum. Si esse distinguitur ab essentia realiter, sequitur quod sit purus actus. Consequens est falsum, quoniam esset Deus. Ergo. Sequela probatur: si realiter distinguitur ab essentia, est actus simplex qui non includit aliquid potentialitatis; alias enim distinguitur per actum et potentiam. Et, rursus, ille actus quem includit esse etiam deberet distingui per alium actum et potentiam; atque adeo esset processus in infinitum. Ergo. Et confirmatur: si esse distinguitur realiter ab essentia, ergo seipso existit; consequens est falsum; ergo. Sequela probatur, nam actus essendi, cum nihil potentialitatis includit, non existit per alium actum. Ergo per semetipsum secundum se totum. Falsitas consequentis patet quoniam solus Deus est qui existit per seipsum secundum se totum.

5. *ex opposita sententia* está tachado.

6. Ms. *instituit*

7. Ms. *constitutatae*

Quintum argumentum. Si esse distinguitur ab essentia, sequitur quod substantiae immateriales sunt compositae ex esse et essentia. Consequens est falsum. Ergo. Sequela patet, quia quidquid includit res distinctas est compositum. Falsitas consequentis probatur: in omnibus / componentibus aliquid tertium per se, unum eorum est possibile respectu alterius, quia ex duobus entibus in actu nihil per se fit, ut dicitur 2 De Anima et 6 Metaphisicae, textu 49. Sed esse non est possibile respectu essentiae, ut patet, cum sit actus. Nec essentia est possibilis respectu esse, nam vel esset potentia simpliciter vel secundum quid. Non simpliciter; alias esset materia prima. Nec secundum quid; alias ut distincta ab esse esset in actu quia quidquid est potentia secundum quid est simpliciter actus, licet secundum quid sit in potentia, ut dicit Divus Thomas in Tractatu de Principiis Rerum Naturalium.

Sextum et ultimum argumentum. Quaecumque distinguuntur realiter habent se sicut *duae*⁸ res. Sed essentia et existentia in creaturis non se habent sicut due res. Ergo. Minor probatur, quia res proprie loquendo convertitur cum ente in actu actualis existentiae.

In oppositum est Divus Thomas, hic expresse dicens quod Deus solus est suum esse.

In hac quaestione sunt variae opiniones. Prima est omnium Nominalium in 1, distinctione 8, assertentium esse sola ratione distingui ab essentia in rebus creatis. Dicunt differre eo modo quo differunt cursus et currere. Putant enim quod essentia dicitur ab esse tanquam nomen verbale. Henricus, quodlibet 1, quaestione 8, et 3, quaestione 9, eandem tenet sententiam, quamvis verbis ipsa recedere videatur. Dicit enim quod essentia et esse sunt quidem eadem res; differunt tamen ex diversa habitudine ad Deum, eo quod essentia comparatur ad Deum sicut exemplatum ad exemplar divinum. Sunt enim essentiae rerum creaturarum in divina essentia tanquam in exemplari quodam supremo. Esse autem cuiuslibet essentiae creatae refert in ipsum Deum tanquam in causam sui effectricem.

8. Ms. *duo*

Secunda sententia est Scoti in 3, distinctione 6, quaestione 1, qui dicit quod essentia et esse neque sola ratione distinguitur neque etiam realiter, sed formaliter ex natura rei, sicut actio et passio. Hanc sententiam reipsa sequuntur viri quidam doctissimi Thomistae. *Dixi*⁹ "reipsa" quoniam verbis disentiunt ab Scoto. Nam Scotus hanc distinctionem non vult appellare realem; caeterum isti authores vocant illam realem, quamvis non sit distinctio realis tanquam res a re.

827 Tertia sententia docet esse realiter distingui ab essentia tanquam res a re, / ita quod haec propositio est falsa, "Esse res quae est essentia." Hanc sententiam docet Capreolus in 1, distinctione 1, quaestione 8; Caietanus in opusculo De Ente et Essentia, capitulo 5, quaestione 10; Sonzinas in 4 Metaphisicae, quaestione 12; Divus Thomas in hoc articulo; Boetius libro de Ecclesiasticis Dogmatibus, capitulo 2 et 3; et Divus Hillarius, libro 6 De Trinitate, qui est locus citatus in argumento "sed contra."

In huius rei expositione est prima conclusio: essentia et esse non differunt sola ratione. Haec conclusio est contra primam sententiam. Est tamen certissima. Et videtur recepta apud authores gravissimos tan philosophos quam theologos, et eam tenet Divus Thomas in opusculo De Ente et Essentia, capitulo 5; et 2 Contra Gentiles, capitulo 52 et 53. Et probatur:¹⁰ in locis supra citatis in hoc articulo et praecedenti tribuunt Deo tanquam quid peculiare et proprium ipsius Dei quod eius essentia et suum esse sola ratione distinguantur. Ergo non debet hoc concedi rebus creatis.

Secundo probatur: iste propositiones quas *illi*¹¹ admittunt sunt absurdae. Ergo. Nam ista propositio "Essentia est esse in rebus creatis" negatur communiter ab omnibus theologis et philosophis, et non videtur posse concedi. Nam hoc est peculiare divine essentiae, ut in sensu formali predicetur de illa esse. Sed si sola ratione *differat*¹² esse creatum ab essentia, citra dubium illa propositio esset vera, sicut ista, "Di-

9. Ms. *dixi*

10. Ms. añade *essentia et esse*

11. Ms. *ille*

12. Falta en el ms.

vina essentia est suum esse," quamvis differant ratione divina essentia et esse.

Tertio probatur. Ex opposita sententia sequitur quod esse convenit creaturis per se ita quod haec propositio "homo est" sit per se. Consequens est falsum. Ergo. Minor probatur, nam haec propositio non est perpetue veritatis, quoniam ante mundi creationem erat falsa. Sequela probatur, quoniam non poterit afferri instantia quod aliquis actus realis sit idem realiter et formaliter cum aliqua re et quod non sit illi intrinsecus et conveniat illi per se. Item, probatur ratione quoniam, si ratio formalis unius rei est formaliter eadem cum ratione formali alterius, impossibile est quod illae res non habeant intrinsecam connexionem et per se. Ergo.

Ultimo probatur. Si essentia est idem realiter cum existentia, difficilime salvatur quod Deus assumpsit naturam et non cum existentia.

Ista argumenta videntur convincere falsam primam sententiam. Videte alias rationes in Divo Thomas, 2 Contra Gentiles, capitulo 52 et 53. Et ex sequenti conclusione amplius constabit veritas huius conclusionis.

83^r Secunda/conclusio: multo *probabilius*¹³ est quod esse realiter distinguitur ab essentia tanquam res a re, quamvis aliqualem probabilitatem habeat quod essentia solum distinguitur formaliter ex natura rei ab esse. Haec conclusio habet duas partes. Quoad primam, videtur esse Divus Thomas in locis citatis, nam, quamvis expresse illam non doceat (ille enim solum docet quod distinguitur realiter, non vero explicat an distinguantur tanquam res a re an vero formaliter et ex natura rei solum), nihilominus tamen ex modo loquendi ipsius aparenter colligitur ipsa sententia. Item,¹⁴ ex gravissimis doctoribus.

Probatur primo. Modus constitutus suppositi realiter distinguitur tanquam res a re ab essentia, ut diximus articulo praecedenti, dubio 2 ultimae conclusionis. Ergo multo magis esse distinguitur ab essentia. Probatur sequela, prima quia esse non competit essentiae nisi mediante supposito; est enim

13. Ms. *probabilis*

14. *est* está tachado.

actus proprius suppositi, ut docet Divus Thomas, 3 parte, quaestione 16, articulo secundo. Probat: nam modus constitutus suppositi magis intrinsecus est supposito quam esse, nam esse est quid extrinsecum.

Secundo probatur conclusio, primo iuxta sententiam Divi Thomae, 3 parte, quaestione 16, articulo 2, quae est probabilior sententia quam opposita. *In Christo*¹⁵ est essentia humana; tamen non est in illo esse humanum creatum. Ergo essentia humana *et*¹⁶ esse realiter sunt separabiles. Atque adeo distinguntur tanquam res a re.

Tertio probatur. *Esse est*¹⁷ creatum et receptum a causa efficienti, et essentia per se convenit creaturae absque dependentia aliqua a causa efficienti. Homini enim ab eterno convenit quod sit animal rationale; quod autem existat habet dependenter a causa efficienti, mediante creatione. Ergo.

Confirmatur. *Esse* comparatur ad essentiam sicut actus ad potentiam propriam, et ita cum intelligitur essentia absque esse non intelligitur in actu sed in potentia pura. Sed potentia et actus realiter distinguntur. Ergo.

Quarto probatur. Si esse creaturae esset idem realiter cum creatura et cum essentia, sequitur quod non est receptum *in*¹⁸ essentia, quoniam idem non recipitur in seipso. Sequens est falsum. Ergo. Minor probatur.¹⁹ Si non est receptum in essentia, esse creatum erit illimitatum et per consequens infinitum simpliciter, atque adeo esset Deus. Probat: hoc esse non potest limitari per aliquem proprium actum. Est enim actualitas omnium rerum, nec ullam habet rationem potentiae, cum omnia / alia respectu eius sint quid potentiale, ut docet Divus Thomas in secunda ratione argumenti. Ergo, si esse non limitatur ex eo quod recipitur in essentia determinata tanquam in propria potentia, nullam potest habere limitationem.

83v

-
15. Falta en el ms.
 16. Escrito encima *est*.
 17. Falta en el ms.
 18. Ms. *cum*
 19. *minor* está tachado.

Haec ratio (quidquid Durandus dicit in 1, distinctione 3, quaestione 2) probat efficaciter quod essentia distinguitur realiter ab esse saltem formaliter, et probat etiam satis apparenter intentum. Sed respondet Durandus quod esse limitatur non quod recipitur in essentia sed quia est idem realiter et formaliter cum essentia creata, quae est quid determinatum; e contra, essentia debet limitari per suum esse sicut potentia per suum actum.

Ergo, si esse non est limitatum secundum rationem essendi, sequitur quod essentia cuiuscumque rei create nullam *habeat*²⁰ limitationem. Et confirmatur: essentia divina ideo est infinita quia est suum esse realiter et formaliter; atque adeo, cum non *recipiat*²¹ in se aliquod esse limitatum a quo possit limitari in ratione entis, manet simpliciter infinita in genere entis. Ergo, si essentia cuiuscumque creaturae est suum esse et non recipit aliquem actum essendi distinctum a se, a quo limitatur, sequitur quod ipsa maneat illimitata in genere entis. Vim huius argumenti explicabimus infra. De hac notione vide Divum Thomam, prima, quaestione 75, articulo 5, ad quartum; et Quodlibet 2, articulo 3. Et haec ratio videtur Aristotelis, 2 Metaphysicae, capitulo 2, ubi dicit quod, sicut calidissimum est causa omnium calidorum, ita est necessarium ut sit unum primum ens verissimum ut sit causa aliis omnibus ut sint et ut vera sint.

Quinto. Si dicamus quod esse realiter distinguitur ab essentia, explicatius intelligitur quomodo Filius assumpsit naturam et essentiam humanam, non vero existentiam, quam si dicamus quod sit idem realiter. Imo vix intelligi potest, si *sint*²² idem realiter, quomodo, assumpta essentia et natura, non assumpsit existentiam et non maneat ibi *existentia*.²³

Ergo haec sententia accommodatior est, et confirmatur autoritate sanctorum, qui dicunt proprium esse naturae divinae ut idem sit quod habet esse et quod habetur. Ergo in creaturis non est idem. Et confirmatur, secundo, omnibus ar-

20. Ms. *habeant*

21. Ms. *recipiant*

22. Ms. *sint*

23. Ms. *existentiam*

84^r gumentis quibus, in articulo praecedenti, dubio 2, probavimus quod suppositum et natura distinguuntur tanquam / res a re.

Secunda pars conclusionis probatur. Primo, nam pluralitas rerum non est admittenda sine gravissima causa; sed nulla est causa gravis quare dicamus quod esse distinguitur tanquam res alia ab essentia. Ergo. Et confirmatur, nam per hanc distinctionem formalem modus loquendi bene constat. Ergo.

Secundo, implicat quod sit essentia sine existentia. Ergo probabile est quod essentia non distinguitur tanquam res a re ab existentia.

Ultimo, probatur conclusio eisdem argumentis quibus probavimus esse probabile quod suppositum non distinguitur a natura tanquam res a re, sed formaliter sicut res et modus rei. Notandum modo quod non habet tantam probabilitatem quod essentia solum distinguitur formaliter ab existentia sicut dicere quod suppositum solum distinguitur formaliter a natura, Ratio est: nam modus ille qui constituit suppositum est magis intrinsecus quam esse, qui est modus extrinsecus omni creaturae.

Tertia et ultima conclusio. Non est error in fide aut temerarium dicere quod esse et essentia solum distinguuntur ratione. Probatur. Veritas haec fidei quod Filius Dei assumpsit naturam, non vero existentiam, salvatur sufficienter cum sola distinctione rationis inter naturam et existentiam. Ergo. Antecedens probatur, nam veritas haec fidei, quod unio facta sit in persona divina et non in natura, salvatur cum distinctione sola rationis inter personam et naturam. Ergo idem erit in proposito. Ultimo, probatur omnibus argumentis quibus probavimus in articulo praecedenti, dubio secundo, conclusione prima.

His positus, dico ad argumenta. Ad primum argumentum respondetur quod esse est actus substantialis positus reductive in praedicamento²⁴ substantiae quia est terminus substantiae, sicut punctum ponitur reductive in praedicamento quantitatis, nempe lineae. Verum est quod existentia non est

24. *quantitatis* está tachado.

terminus intrinsecus substantiae. Est modus intrinsecus suppositi, quem posuimus distinctum ab existentia. Existentia vero est terminus extrinsecus, ad quem ordinem *datur*²⁵ et exemplum in gravi. Terminus intrinsecus respectu actionis generantis lapidem est ipsa essentia lapidis sub existentia. Terminus vero extrinsecus est quod lapis sit in centro. Ita etiam, licet non sit omnino simile.

84^v Et, ad / impugnationem desumptam ex Aristotele, respondetur primo quod esse comprehenditur in illa divisione sub non esse; est enim esse actus quidam. Secundo respondetur cum Capreolo, loco citato, quod Aristoteles dividit substantiam secundum esse essentiae, non autem secundum esse existentiae; et propterea non meminit de ipsa existentia. Haec solutio est satis probabilis, et colligitur ex eo quod Aristoteles ibidem non intendebat probare animam existere, sed investigabat quiditatem et essentialem diffinitionem animae, ad quam inveniendam statuit illam divisionem substantiae.

Eandem solutionem adhibet Sonzinas, 4 Metaphisicae, quaestione 12, ad confirmationem 4 argumenti, ex qua solutione colligitur quod esse quandoque solet appellari accidens, non quia revera sit accidens ut distinguitur contra substantiam, sed quia non est de essentia alicuius creaturae. Accidens enim dupliciter potest accipi, uno modo communissime pro omni eo quod est extra essentiam rei quo pacto rationale accidere animali; et hoc pacto esse est accidens essentiae. Secundo modo dicitur de re quae advenit enti in actu; et hoc modo non est accidens. De qua re vide Divum Thomam, De Potentia, articulo 4, ad 3; et De Veritate, quaestione 21, articulo 4, ad 4.

Et ita esse est actus essentiae et reducitur ad idem genus. Et esse clauditur in forma tanquam in prima radice ratione cuius resultat esse totius compositi ut clauditur in composito, quia ratione illius compositi existit. Et hac ratione Aristoteles, de principiis rei naturalis disputans, non meminit *existentiam*²⁶ quia tantum agebat de principiis essentialibus.

25. Ms. *dicit*

26. Ms. *essentiae*

Vide aliam solutionem in Divo Thoma, Questione de Formis, articulo 4, ad primum. Vide etiam solutionem 2 circum primum argumentum. Pone convenientias et differentias quas ponit Caietanus inter compositionem phisicam et metaphisicam, capitulo 5 De Ente et Essentia.

Ad confirmationem, conceditur sequentia; nam quaelibet substantia materialis componitur ex materia et forma, et ex esse et essentia. Ad probationem, negatur minor; nam quaelibet essentia constituta per unam formam substantialem non manet in potentia ad aliam substantialem, atque ita, si in uno supposito duae forme substantiales copulentur, illud esset ens per accidens. At essentia comparatur ad esse tanquam pura potentia ad suum actum in genere entis. Nam essentia cuiuscumque rei non habet rationem entis nisi quatenus potest
85^r habere esse, ita quod, / sicut materia prima est pura potentia in genere substantiae quia nullum habet esse substantiale nisi esse potentiam ad formam substantialem, ita essentia non habet aliam entitatem nisi esse potentiam proximam ad actum essendi.

Haec solutio est Sonzinas, loco citato, ad 4. Dicit enim quod non repugnat illud²⁷ quod est unum per se habere plures actus. Nam includere plures actus substantiales *potest*²⁸ esse dupliciter, uno modo quod quilibet illorum actuum dat esse substantiale (et sic conceditur quod quidquid includit plures actus substantiales dantes esse *est*²⁹ ens per accidens), alio modo *quod*³⁰ aliquid includit plures actus substantiales quorum alter dat esse, alter vero non, sed est ipsa rei actualitas *subsistentis*³¹ (et sic non repugnat illud quod est unum per se habere plures actus).

Circa hanc solutionem nota cum Ferrariensi, 2 Contra Gentiles, capitulo 54, quod ex esse et essentia proprie loquendo non resultat aliquod substantiale compositum, nam substantiale compositum ex materia et forma constituitur duntaxat; nam solum ipse partes sunt substantiales partes com-

27. Ms. *repite enim*.

28. Ms. *possunt*

29. Falta en el ms.

30. Falta en el ms.

31. Ms. *subsistentiae*

positi. Esse autem non pertinet ad substantiam rei tanquam constituens ipsam, sed tanquam terminans et complens iam constitutam substantiam. Quocirca, sicut linea terminata puncto non dicitur componi ex linea et puncto, quia punctum non habet rationem componentis lineam, sed terminantis, ita compositum substantiale non dicitur proprie componi ex essentia et esse, sed *terminari*³² per actum essendi.

Quod si quando reperitur iste modus loquendi ut reperitur potissime apud Divum Thomam, nempe quod aliqua res componitur ex esse et essentia, debet accipi in hoc sensu quod res illa habet essentiam terminatam per esse. Haec autem locutio, "In qualibet³³ re est compositio ex essentia et esse." potest haberi tanquam *propria*³⁴ quando esse comparatur ad essentiam tanquam actus ad potentiam proximam. Sed ex hac locutione non licet colligere aliam, scilicet quod homo vel angelus sit compositus ex esse et essentia, quoniam esse respectu hominis vel angeli non habet rationem componentis sed tantum *rationem*³⁵ termini, ut dixi.

85^v Unde Caietanus, De Ente et Essentia, capitulo 5, ponit multas differentias inter compositionem phisicam ex materia et forma / et compositionem metaphisicam ex esse et essentia. Prima tamen est precipua quae ad rem atinet. Est quod extrema compositionis phisicae sunt partes substantiae et non substantia proprie loquendo, ut probatur: materia enim et forma non sunt in genere substantiae nisi reductive; at vero ex materia secundae compositionis non sunt partes substantiae, sed alterum est substantia (essentia, quidem, quae est in recta linea praedicamentali), alterum vero est extra substantiam, scilicet *existentia*.³⁶ Et ita haec secunda compositio, scilicet metaphisica,³⁷ medium quodam est inter compositionem substantialem ex materia et forma et³⁸ compositionem accidentalem ex subiecto et accidenti, ex quo non

32. Ms. *terminare*

33. Un *re* sobrante está tachado.

34. Ms. *propriam*

35. Ms. *ratione*

36. Ms. *ex essentia*

37. Ms. añade *quoniam*.

38. Ms. añade *inter*.

resultat aliquod tertium sed subiectum *affectum*³⁹ accidente. Unde colligitur secunda differentia, quod extremum illud quod se habet ut extremum in compositione phisica est pure potentiale, materia *scilicet*,⁴⁰ extremum vero quod se habet ut potentia in secunda compositione non est pure potentiale, sedens in aliqua specie quiditative, completum essentia.

Ad secundum argumentum respondetur quod illa sequela nihil valet. Nam, ut dicit Capreolus in 2, distinctione 13, quaestione 1, articulo 3, quando aliqua duo distinguntur realiter, ita ut unum nullam habeat dependentiam ab altero, potest separari unum ab altero; ceterum, quando aliqua duo distinguntur realiter, habent tamen intrinsecam et necessariam connexionem inter se, tunc de potentia Dei absoluta unum non potest separari ab altero. Quod probatur manifeste, nam potentiae realiter distinguntur ab essentia et tamen secundum probabilem opinionem Thomistarum Deus potest *separare*⁴¹ potentias ab essentiis. Ita tenet Caietanus, 1 parte, quaestione 45, articulo 3, sicut relatio dependentiae ad Deum in qualibet creatura est accidens, et *tamen*⁴² creatura non potest esse sine huiusmodi dependentia. Idem docet De Ente et Essentia, capitulo 7. Item, relatio distinguitur realiter a fundamento; tamen Deus non potest conservare relationem sine fundamento, quoniam relatio habet intrinsecam et necessariam connexionem cum suo fundamento. Unde Caietanus, capitulo 5 De Ente et Essentia, quaestione 8, ad 2, dicit quod non solum dependentia sed necessaria connexio
86r aliquorum potest esse causa / inseparabilitatis eorum. Et ita ipse dicit quod materia, de potentia Dei absoluta, non potest *conservari*⁴³ sine forma quoniam habent necessariam connexionem inter se. Ita⁴⁴ dico in presentia quod essentia, ad hoc quod sit in rerum natura, habet necessariam et intrinsecam connexionem cum actu essendi et ita non potest *conservare*⁴⁵ Deus essentiam sine actu essendi, neque e contra.

39. Ms. *effectum*

40. Ms. *silicet*

41. Ms. *separari*

42. Ms. *in*

43. Ms. *conservare*

44. Dos letras tachadas.

45. Ms. *conservari*

* * *

Est dubium an Deus de potentia absoluta possit conservare essentiam sine existentia.

Et videtur quod sic. Primo, potest producere humanitatem sine personalitate et complemento personali. Ergo. Sequela patet; nam magis intrinsecum est complementum personale quam existentia. Et confirmatur quia potest conservare illam sine propria existentia, ut in misterio incarnationis. Ergo.

Secundum argumentum est: essentia habet aliquid actualitatis ut distinguitur contra esse; ergo. Sequela patet; nam tunc non verificatur quod essentia esset sine actu, cum iam habeat *actum*.⁴⁶

Tertium argumentum est: potest conservare subiectum sine propria passione; ergo. Antecedens asseritur a multis Thomistis. Sequela probatur; nam maiorem connexionem habet propria passio cum subiecto cum ab illo oriatur necessario quam existentia cum essentia cum sit accidens illius et non oriatur necessario ex principiis intrinsecis essentiae.

Quartum argumentum probabile est: quod materia prima potest esse sine forma; ergo. Sequela probatur,⁴⁷ nam minus potentialitatis habet essentia quam materia prima.

Quintum et ultimum argumentum est: humanitas potest existere per *manutentionem*⁴⁸ Dei extrinsecam sine eo quod ponat existentiam in ipsa humanitate; ergo. Sequela patet. Antecedens probatur: humanitas in Christo existit per divinam existentiam non *inherentem*⁴⁹ ipsi; ergo potest illam conservare sine aliquo intrinseco.

In huius dubii expositionem, primo notandum est, cum Sonzinas, 4 Metaphisicae, quaestione 12, ad primum, quod
86^v quid potest dici simpliciter in potentia, primo quia nullo / modo est actus nec in se nec respectu alterius ita quod ei repugnat aliquid a se distinctum actuare, ut patet in materia

46. Ms. *acturum*

47. Falta en el ms.

48. Ms. *manutentionia*

49. Ms. *inherendo*

prima; alio modo qui non se solo potest existere ita quod est purum potentiale, non ut potentiale opponitur simpliciter actui sed ut opponitur huic actui quod est existere. Quidquid est actus est ultima actualitas rei, et ita essentia dicitur potentia simpliciter respectu existentiae, licet in se sit actus. Nam, ut diximus supra ad primum ex Caetano, essentia *non*⁵⁰ est pura potentia sed est ens in aliqua specie, quiditative completum. Et ita essentia solum dicitur in potentia respectu esse; formam enim iam de se includit.

Secundo nota, cum Caetano loco citato, quod existentia est ultima actualitas rei, forma vero non; nam solum informat materiam ut complet proprium receptivum existentiae, esse vero est quod ultimo actuat. Et ita forma, quae⁵¹ se habet respectu materiae ut actus, respectu esse habet se ut potentia. Et ita Divus Thomas, 2 Contra Gentiles, comparat formam diaphaneitati respectu existentiae, quia diaphaneitas est in potentia respectu lucis, lux vero est ultima actualitas. De quo infra. Vide Caictanum, loco allegato in quinta differentia. Unde aliquid produci et conservari est quod actio terminetur ad essentiam sub ultima actualitate.

His positis, sit prima conclusio. Prima conclusio: probabilis est pars affirmativa. Et hoc debent admittere qui dicunt esse probabile Deum posse conservare materiam absque forma omni, tan substantiali quam accidentali, de quo loco supra citato. Nota tamen quod haec sententia habet maiorem probabilitatem quam quod potest Deus conservare materiam sine omni forma. Non tamen habet tantam⁵² sicuti illa quod potest Deus communicare existentiam immediate materiae primae sine forma.

Prima pars huius notae probatur, nam materia prima est pura potentia, essentia vero includit formam et aliquem actum. Ergo.

Secunda pars *probatur*,⁵³ nam minus probabilitatis habet quod essentia quae est aliquid potentiale respectu existen-

50. Escrito sobre la línea.

51. *est* está tachado.

52. Ms. *tanta*

53. Ms. *probabile*

tiae sit in rerum natura sine existentia et ultima actualitate quam dicere quod materia prima quae est pura potentia sit in rerum natura cum ultima actualitate, scilicet, cum existentia. Ergo.

87^r Modus vero qui excogitari potest quomodo essentia conservetur sine existentia est quod Deus conservet essentiam in sua entitate quiditative et praedicamentali in nulla / existentia, sicut conservatur quantitas in sacramento altaris absque omni subiecto. Et tunc essentia nullum haberet actum sed existeret in rerum natura quodam modo extrinseco, Deo scilicet conservante illam per suam manutentionem. Et secundum istum modum debemus dicere quod implicat contradictionem essentiam existere actu formaliter existentiae et quod non existat per existentiam. Et quod existat actu entitativo suamet entitate, absque existentia superadita, nulla est implicatio.

Secunda conclusio. Longe probabilior est pars negativa. Probatur, primo, nam vel essentia per seipsam existere sine existentia vel per aliquid aliud quod non sit existentia. Nam vel est potentiale vel actuale. Si potentiale, non magis existeret *per*⁵⁴ illud quam per seipsam. Si actuale, esset *existentia*.⁵⁵ Ergo existeret per seipsam et esset suum esse et verus actus.

Secundo probatur: essentia respectu existentiae est potentiale sicut materia respectu formae. Nam, sicut materia nihil includit formae nisi potentiam ad formam, ita essentia nihil includit existentiae nisi potentiam ad esse. Sed materia prima non potest esse sine forma substantiali, ut dicit Divus Thomas, prima parte, quaestione 66, articulo octavo. Ergo.

Tertio probatur. Tantam dependentiam habet essentia ab existentia quantam materia prima ad formam, imo maiorem. Nam existentia est causa formalis existentiae, sicut albedo albi. Forma vero substantialis non ita est causa formalis existendi⁵⁶ sicut materiae primae. Sed materia prima non potest esse in rerum natura sine forma. Ergo.

54. Sobre la línea.

55. Ms. *existentiam*.

56. El *di* sustituye algunas letras tachadas.

Quarto probatur. Quod essentia existeret sine actu *contradictionem*⁵⁷ implicat. Ergo. Sequela probatur, nam existit actu, et existit sine existentia, quae est actualitas omnium rerum, ut docet Divus Thomas in secunda ratione huius articuli et in quaestione sequenti, ad primum et ad tertium, et articulo secundo. Ergo.

Quinto probatur. Si Deus produceret essentiam sine existentia, haberet esse limitatum et participatum, ac subinde haberet esse. Ergo.

Sexto et ultimo probatur. Sicut res sunt in actu primo per existentiam, ita in actu secundo per operationem. Sed Deus non potest facere quod res sit in actu secundo sine operatione; ergo quod sit in actu primo sine existentia.

Tertia et ultima conclusio. Deus potest facere quod essentia existat sine propria existentia. Patet in humanitate Christi, ut docet Divus Thomas, 3 parte, questione 17, articulo secundo.

87^r

His positus, respondetur ad argumenta / in oppositum. Ad primum argumentum respondetur quod est possibile Deum producere humanitatem cum existentia creata personalitate, quae sententia est *verisimilior*⁵⁸ quam ea quae asserit posse materiam esse sine forma, et *essentiam*⁵⁹ sine existentia, per absolutam Dei potentiam. Imo, habet fere tantam probabilitatem quantam ea quae asserit subiectum posse esse sine propria passione. Caietanus, qui asserit subiectum non posse esse sine propria passione per absolutam potentiam, ut videre licet infra, quaestione 45, articulo 3, et De Ente et Essentia, capitulo 7, concedit nostram conclusionem. Sepe hic probatur hoc. Nam et essentia est actus quidam constans ex materia et forma. Ergo poterit Deus conservare talem naturam iam in actu *essentiali*⁶⁰ et primo, existentem sine ulla personalitate, multo melius quam materiam primam quae est pura potentia. Nam, quamvis essentia sit quid potentiale respectu existentiae, non tamen respectu personalitatis, ita quod possibile est quod Deus conservet essentiam sine personalitate, non tamen

57. Ms. *con's*58. Ms. *verosimilior*59. Ms. *essentia*60. Ms. *essentiale*

sine existentia. Unde ad argumentum, concesso antecedenti, negatur sequela. Et est manifesta differentia. Nam esse est ultima actualitas rei, et respectu illius est quid potentiale essentia. At vero complementum personale non est ultima actualitas sed terminus naturae, respectu cuius essentia non se habet ut quid potentiale. Ad confirmationem, negatur sequela. Nam tunc humanitas habet ultimam actualitatem, licet non propriam; essentia vero sine existentia nullam habet actualitatem.

Ad *secundum*⁶¹ argumentum respondetur quod licet essentia non sit *pura*⁶² potentia absolute, cum includat formam, est tamen simpliciter potentiale respectu existentiae.

Ad *tertium*⁶³ argumentum respondetur negando *sequelam*.⁶⁴ Ad probationem dico quod maiorem connexionem habet essentia cum existentia ad hoc quod sit in rerum natura quam subiectum cum propria passione; nam existentia est causa formalis existendi.

Ad *quartum*⁶⁵ argumentum respondetur per primam conclusionem.

Ad *quintum*⁶⁶ et ultimum argumentum respondetur quod humanitas in Christo existit per divinam existentiam non *inherentem*⁶⁷ ipsi; est tamen ultima actualitas illius humanitatis multo perfectius et eminentius quam quaelibet existentia creata. Et ita actuat sine imperfectione absque eo quod sit in illa tanquam in / potentia. Est simile *speciei intelligibili creatae*⁶⁸ secundum propriam rationem creatae speciei. Est in intellectu tanquam in subiecto; tamen non habet hoc ut species intelligibilis, sed in quantum creata. Species *autem*⁶⁹ intelligibilis ut sic tantum habet unire obiectum intellectui. Et sic competit essentiae divinae respectu intellectus cuiuscunque beati. Ita existentia divina perficit humanitatem Christi

61. Ms. *tertium*

62. Ms. *pure*

63. Ms. *quartum*

64. Ms. *q^m*

65. Ms. *quintum*

66. Ms. *sextum*

67. Ms. *inherendo*

68. Ms. *species intelligibilis creata*

69. Ms. *autem*

et actuat illam. Si vero Deus conservaret humanitatem sine existentia aliqua, non perficeret nec actuaret.

* * *

Circa tertium argumentum principale, est dubium quomodo se habeat essentia respectu existentiae, an *efficiat*⁷⁰ illam, supposito quod esse causatur ex principiis intrinsecis rei et a forma.

Hec sententia est omnium philosophorum et metaphysicorum asserentium quod esse consequitur formam. Et probatur ratione, nam esse est actus substantialis, ut diximus in tertio argumento principali, et ideo non debet esse receptum tanquam quid extraneum ab ipsa essentia. Nam alias esset purum accidens. Et confirmatur: esse est proprius terminus essentiae, complens et terminans illam substantialiter. Sed terminus proprius cuiuslibet rei ab ipsa forma provenit; proprium enim est formae terminare et complere. Ergo oritur ex forma. Sed *si*⁷¹ ista forma causet esse, dubium est in quo genere causae, an in genere *causae*⁷² efficientis per modum resultantiae.

Videtur quod sic. Primo, essentia seu natura *habet*⁷³ causalitatem supra personalitatem propriam creatam et supra complementum personale in genere causae efficientis, saltem per simplicem emanationem, ut diximus articulo praecedenti, dubio 2, conclusione 4. Ergo non potest habere eandem efficientiam respectu existentiae. *Probat*⁷⁴ sequela a paritate rationis.

Secundum argumentum est: si aliqua ratione essentia non esset causa existentiae saltem per simplicem emanationem, maxime quia efficiens est prius natura quam effectu, et dimanatio naturalis in genere causae efficientis nequit intelligi nisi prius intelligatur res a qua fit dimanatio existere, haec autem ratio est nulla. Nam essentia et natura, ut diximus,

70. Falta en el ms. que deja un espacio en blanco.

71. Falta en el ms.

72. Otras dos letras de esta palabra están tachadas.

73. Ms. *habeat*

74. Ms. *pt*

88^v est causa ad hunc modum personalitatis et complementi / personalis; tamen natura non intelligitur prius existere quam complementum personale. Ergo. Confirmatur, nam non est necessarium quod causa sit prius quam effectus, ut patet in causa materiali et formali, quae non est prius quam compositum.

Tertium argumentum est: existentia est terminus extrinsecus rei genitae, ut dictum est articulo praecedenti. Sed generans grave producit per gravitatem, congenitam ipsi lapidi, motum per quem lapidem ponit in centrum et in terminum suum. Ergo. Ad eundem modum, qui producit hominem, mediante natura rei producte, producit existentiam quae est ultimus terminus. Et confirmatur, nam qui dat formam dat *consequentia*⁷⁵ ad formam, mediante *ipsa*⁷⁶ forma. Ergo qui producit aliquam rem producit esse, mediante natura rei producte.

Quartum argumentum est probabilissimum. Est quod, si Deus dimitteret humanitatem quam habet modo unitam, illa humanitas se explicaret in propriam personalitatem et existentiam, sine actione nova. Ita tenet Caietanus, 3 parte, quaestione 4, articulo 2, circa finem, et in quaestione 77, articulo 2. Sicut, ablato impedimento a lapide, naturaliter descendit, ergo in principiis essentialibus naturae humanae est aliqua virtus activa et efficientia respectu existentiae;⁷⁷ ablato impedimento, statim descendit per simplicem emanationem.

Quintum et ultimum argumentum est:⁷⁸ Divus Thomas in hoc articulo, in secunda ratione, solum dicit impossibile est autem quod esse sit causatum tantum ex principiis essentialibus rei, quia nulla res sufficit quod sit sibi causa essendi si habeat esse causatum. Bene advertendum est verbum illud quod "esse causatum sit tantum," ubi Divus Thomas docet quod esse debet causari ab aliquo agente extrinseco, non tamen excludendo principia tamen intrinseca. Ergo, in sententia Divi Thomae, esse causatur ex principiis intrinsecis per simplicem emanationem.

75. Ms. *q*^{*}

76. Ms. *ipsa*

77. Ms. añade *sicut*.

78. Ms. añade *natura*.

In oppositum est primum argumentum. Nam haec resultantia per simplicem emanationem est quaedam efficientia. Et / illud unde aliud resultat prius intelligitur esse quam sit illud quod resultat. Ut probatur, nam prius natura est homo quam sit risibilis. Caeterum, forma et materia non prius intelligitur esse quam existat. Ergo non est principium effectivum etiam *quantum*⁷⁹ ad resultantiam ipsius esse.

Secundum argumentum est ex Divo Thoma, 2 Contra Gentiles, capitulo 72, et hic in tertia ratione: natura creata est ens per participationem et non per suam essentiam; ergo non habet esse quod oriatur per simplicem emanationem a principiis essentialibus rei. Antededens est notum. *Sequela*⁸⁰ probatur, nam illud quod⁸¹ est ignitum per participationem, habet calorem omnino ab extrinseco taliter quod essentia rei non convenit ad illud. Verbi gratia, aqua calida est, vel ferum calidum; *quod*⁸² habent esse ignitum per participationem non convenit ad simplicem emanationem per formam caloris.

Tertium argumentum. Si essentia per simplicem emanationem producit esse, sequitur quod esse habeat necessariam connexionem cum essentia sicut propria passio cum subiecto. Ac subinde non erit accidens essentiae creatae; quod est contra Divum Thomam in hoc articulo, quia expresse docet quod esse est merum accidens respectu cuiuslibet creatae. *Sequela* probatur, nam haec est differentia inter propriam passionem et merum accidens, quod merum accidens non causatur ab ipsa essentia per principia intrinseca, atamen propria passio *causatur*,⁸³ quoniam habet necessariam connexionem cum subiecto. Et confirmatur, nam alias existentia posset demonstrari de essentia. Nam, sicut propriae passiones proveniunt a subiecto mediantibus principiis essentialibus subiecti, ita etiam *existentia*.⁸⁴

Quartum et ultimum argumentum est: effectus non potest esse perfectior sua causa, sed existentia est perfectior essentia, siquidem est actus eius. Ergo.

79. Ms. repite *qu*.

80. Ms. *q*.

81. *habet* está tachado.

82. Ms. *quae*

83. Falta en el ms.

84. Falta en el ms.

In *hac re*⁸⁵ Divus Thomas, quaestione 3 De Formis, articulo 5, docet quod forma et essentia causant esse per simplicem emanationem in genere causae efficientis, sicut propriae passiones causantur ab ipso subiecto. Eadem sententia videtur docere Sonzinas 5 Metaphysicae, quaestione 5, ubi dicit quod a forma egreditur ipsa forma per modum concomitantiae et cuiusdam / naturalis sequellae. Eandem sententiam docent aliqui viri docti.

Secunda sententia est quod essentia non causat esse effective per simplicem emanationem sed omnino esse provenit ab extrinseco. Hanc sententiam tenent fere omnes *magistri*⁸⁶ nostri temporis. Tenet eam Sonzinas 4 Metaphysicae, quaestione 12, conclusione 3.

Pro intelligentia huius rei est notandum quod in rebus compositis ex materia et forma, licet essentia totalis ex utraque parte resultans sit adequatum obiectum existentiae, non tamen est secundum se totam *causa*⁸⁷ essendi, sed hoc solum tribuitur formae. Esse enim non est efficiens correspondens materiae sed formae. Igitur essentia dicitur causare existentiam ratione formae.

Hoc supposito, sit prima conclusio. Prima conclusio: in omni *substantia*,⁸⁸ forma non est totale principium existentiae, sed esse debet provenire ab agente extrinseco. Hanc conclusionem probant argumenta facta in secundo loco. Et eam tenet Divus Thomas in hoc articulo. Et praeterea probatur eius ratione, nam, si esse non produceretur ab aliquo agente extrinseco sed principia essentialia tantum, ipsum esse *produceret*⁸⁹ seipsum, ut docet Divus Thomas in prima ratione. Et confirmatur ex ultima ratione. Nam quaelibet res creata habet esse per⁹⁰ participationem. Ergo debet illud participare ab aliquo agente extrinseco. Ergo in omni sententia fateri oportet quod agens extrinsecum est potissimum principium ipsius esse. Tota autem dubitatio posita est in hoc: utrum

85. Ms. *hutus rei*

86. Ms. *mngri*

87. Ms. *causam*

88. Ms. *sententia*

89. Ms. *rem produceretur*

90. *operationem* está tachado.

forma et essentia virtute extrinseci agentis sit causa effectiva sui esse per simplicem quandam emanationem.

Secunda conclusio. Aliqualem habet probabilitatem quod essentia est causa effectiva existentiae, et per simplicem quandam emanationem, ita quod essentia est proxima causa existentiae. Longe tamen probabilior est opposita sententia.

Prima pars conclusionis probatur argumentis factis primo loco. Et confirmatur, nam Divus Thomas, 2 Contra Gentiles, capitulo 54, expresse dicit quod forma comparatur ad ipsum esse sicut lux ad lucere. Ergo habet aliqualem efficientiam.

90^r Notandum tamen quod qui tenuerit istam sententiam non debet dicere quod esse se habet respectu essentiae sicut propria passio ita ut habeat necessariam connexionem esse cum essentia, sed, sicut diximus articulo praecedenti, dubio / 2, conclusione 4, quod generans, per naturam et essentiam rei genitae tanquam per principium et causam, producit personalitatem quae est terminus intrinsecus naturae. Ita, qui producit essentiam, per ipsam essentiam et naturam producit existentiam, quae est terminus extrinsecus naturae et suppositi. Et est simile: generans grave producit per gravitatem *congenitam*⁹¹ ipsi lapidi motum per quem lapidem producit in terminum suum extrinsecum; motus tamen ille gravis accidentarius est. Unde Caietanus, 3 parte, quaestione 4, articulo 3, circa finem, ponit differentiam et convenientiam inter personalitatem ex una parte et propriam passionem. Conveniunt quidem in eo quod personalitas et propria passio per simplicem emanationem fluit. Differunt tamen quoniam propria passio naturaliter consequitur subiectum iam constitutum quasi quod, data forma, dentur consequentia ad formam; personalitas vero non adest hac ratione naturae, sed sicut perfectio sui. Complementum effectus intrinsecum naturaliter consequitur effectum cuius est complementum. Differentiam quam ponit Caietanus inter complementum personale et propriam passionem ego constituo inter propriam passionem et existentiam, addendo quod existentia *est*⁹² complementum et terminus extrinsecus essentiae; complementum vero personale

91. Ms. *cognitam*

92. Ms. *et*

est intrinsecum⁹³ et habet se veluti gravitas in gravi, quae est intrinseca ipsi gravi. Existentia vero est *vel uti*⁹⁴ motus ad centrum vel sicut ipsum centrum, quae omnia extrinseca sunt. Et ita existentia semper est accidentalis essentiae sicut motus vel centrum gravi, quamvis oriatur ex essentia. Nam motus oritur ex principiis essentialibus gravi, et tamen est accidentarius.

Secundo est notandum quod, ut diximus loco supra citato, de personalitate non esse necessarium quod causa sit semper prior natura quam effectus. Et, quamvis in causa efficiens hoc teneat verum, quoniam causa efficiens agit in quantum est actu, et ita prius debet intelligi esse quam causet, hoc tamen habet verum quoniam effectus productus non est terminus ipsius naturae; esse vero est terminus / naturae. Item hoc est peculiare in esse quoniam esse est causa formalis respectu existentis; ideo non potest intelligi quod essentia existat sine existentia. Et per hoc probatur ad argumenta facta secundo loco.

Ultimo est notandum, praecipue ut solvamus confirmationem 3, quod existentia reputatur unicus terminus cum essentia quoniam est ultima actualitas, et ita actio quae terminatur ad essentiam terminatur ad illam sub existentia, et ita existentia provenit ab agente extrinseco. At vero propriae passionis non reputantur unicus terminus cum subiecto, ut supra diximus in quarta conclusione. Et ita proveniunt a subiecto, iam constituto, per simplicem emanationem.

Secunda pars conclusionis probatur argumentis factis secundo loco quae multo maiorem probabilitatem habent, praecipue argumentum primum. Nam sequitur quod forma prius natura existat quam habeat existentiam. Est enim de ratione causae efficientis quomodocumque sit efficiens, etiam per simplicem emanationem, quod praexistat suo effectui, quoniam omne agens operatur secundum quod est in actu, ex Aristotele, tertio Physicorum, ita quod causa quae nullo modo est in actu prius natura suo effectui nullo modo potest habere rationem causae efficientis. Ergo cum forma nullo modo sit in actu

93. Ms. *extrinsecum*

94. Ms. *luti*

priusquam habeat esse, nulla ratione causat esse in genere causae efficientis. Et hoc est argumentum. Dubium tamen est an forma in aliquo alio genere cause causet existentiam, pro qua re sit tertia conclusio.

Tertia conclusio. Forma et natura est principium materiale et completivum subiecti existentiae. Hanc sententiam tenet Divus Thomas, 2 Contra Gentiles, capitulo 54, ubi dicit quod forma est principium essendi quia est complementum substantie cuius actus est ipsum esse, sicut diaphanum est aeri principium lucendi, quia facit eum proprium subiectum luminis. Certum vero est quod diaphanum est principium materiale lucidi ad istum sensum quod subiectum illuminandi necessarium est quod habeat istam formam diaphaneitatis, et tamen illuminatum efective est a *luminante*⁹⁵ et formaliter a luce. Similiter dico in presentia quod suppositum quod debet recipere existentiam tanquam susceptivum necessarium est quod habeat formam et naturam / in aliqua certa specie, quae quidem forma et natura est principium reddens suppositum aptum ad recipiendum ipsum esse; attamen efective ipsum esse ab agente, et formaliter ab existentia, ita quod existentia communicatur a forma in genere causae materialis.

Hanc sententiam docet Caietanus capitulo 5 De Ente et Essentia in quinta differentia. Et probatur ratione: essentia composita ex materia et forma habet se ut quid potentiale respectu existentiae, quae est ultima actualitas. Ergo existentia communicatur a forma in genere causae materialis. Sequela est bona. Antecedens vero probatur, nam essentia actuatur per existentiam, et, in compositione metaphysica ex esse et essentia, essentia se habet ut quid potentiale, ut diximus in solutione ad 2. Ergo et ita Caietanus in loco allegato, explicans exemplum Divi Thomae, dicit quod est proportio formae ad esse actuale sicut proportio diaphaneitatis ad⁹⁶ lumen. Aer enim, in eo quod aer, non est capax luminis, sed oportet ipsum diaphaneitate informari ut proprium receptivum luminis fiat. Et ita *neque*⁹⁷ aer neque diaphaneitas, sed aer

95. Ms. *luminante*

96. Falta en el ms.

97. Ms. *namque*

diaphanus, est qui primo luminosus est, licet secundo tam aer quam diaphaneitas lumine clareat. Ita, in proposito, materia solum non est capax existentiae quia actus in propria suscipi debet potentia. Sed oportet in *ipsa*⁹⁸ formam recipi ut fiat proprium receptivum existentiae. Id enim quod primo existit est compositum, non materia neque forma, cuius primo est fieri in tan materia quam forma; secundo actuatur illamet existentia. Unde, sicut diaphaneitas est causa formalis aeri diaphano, et eius complementum formale ad hoc ut proprium receptivum luminis, et cum hoc componitur ad lumen adveniens ut potentia recipiens, ita forma est causa formalis composito et complementum eius formale ad hoc ut proprium receptivum existentiae sit, *et*⁹⁹ per hoc comparatur ad ipsam existentiam subsequentem ut potentia recipiens. Hanc sententiam tenet Ferrariensis 2 Contra Gentiles, capitulo 55, circa secundam rationem. Et istam sententiam docent communiter omnes philosophi et metaphisici.

* * *

Caeterum, dubium est. Dubium tamen est an forma sit causa existentiae in genere causae formalis.

91^v Et videtur quod non. Primo, nam effectus formalis non potest separari a causa formali, sed esse / separatur a forma, ut patet in misterio incarnationis ubi natura humana non habet propriam existentiam. Ergo.

Confirmatur, nam, in priori *natura*,¹⁰⁰ cum anima actuatur corpus, intelligitur esse causam formalem et dare esse specificum; tamen non intelligitur ipsum existere. Ergo esse non est effectus formalis formae.

Et confirmatur secundo: esse est effectus formae in genere causae materialis, ut diximus in tertia conclusione. Ergo non potest esse effectus formae in genere causae formalis; nam ista duo genera causarum repugnant inter se.

98. Ms. *ipsa*

99. Ms. *hac*

100. Ms. *naturae*

In huius rei expositionem sit nobis quarta conclusio. Quarta conclusio: forma causat esse in genere causae formalis. Hanc sententiam docet Divus Thomas, secundo Contra Gentiles, 54 capitulo, quod esse habet se ad formam sicut album ad albedinem. Sed albedo est formalis causa albi. Ergo forma est causa formalis existentiae.

Ad expositionem huius conclusionis notandum est primo quod effectus causae formalis est duplex, alter primarius et alter secundarius. Quantitas habet pro effectu primario extendere partes substantiae in ordine ad seipsam, ita ut caput sit super humeros. Praeterea, quantitas habet extendere easdem partes in ordine ad exterum locum ita ut uni parti loci respondeat alia pars equalis et proportionata locati; et haec extensio est effectus formalis secundarius. Ita forma habet pro ¹⁰¹ primario effectu formali dare esse essentiae, pro secundario vero dare esse existentiae.

Secundo notandum est quod effectus primus et secundarius formae in hoc differunt potissimum, quod forma seipsa, et non mediante alio actu a se distincto nec formaliter, causat *primum* ¹⁰² effectum. At effectum secundarium causat non seipsa immediate, sed mediate alio actu ab ipsamet forma distincto, saltem formaliter. Hinc est quod primarius effectus *non potest* ¹⁰³ separari a forma quandiu est in subiecto, at secundarius effectus separabilis est per divinam potentiam. His positis, dico quod esse est secundarius effectus formae; nam forma non facit essentiam existere seipsa sed mediante actu existentiae, qui est distinctus a forma ipsa.

Tertio notandum est quod esse determinatur per formam et per essentiam, ut postea dicemus. Nam esse absolute determinatur ad speciem hominis per essentiam hominis, / ad esse equi per essentiam equi. Determinare vero et specificare ad causam formalem pertinet.

Sed contra hanc conclusionem arguitur ad probandum quod esse est effectus primarius formae. Primum argumentum. Nam Divus Thomas, 2 Contra Gentiles, capitulo 54,

101. Ms. tiene un *effectu* de más.

102. Ms. *purum*

103. Ms. *requirit*

*dicit*¹⁰⁴ quod esse habet se ad formam sicut ad albedinem album; et esse album est effectus primarius albedinis. Ergo.

Secundum argumentum est: nam ex dictis sequitur quod forma sit causa actus essendi in genere causae efficientis; quod est falsum, ut diximus. Nam forma non facit essentiam rei existere per ipsammet formam sed per actum existentiae, ut dictum est. Ergo, *si*¹⁰⁵ prius natura quam *existentia*¹⁰⁶ existat, *ille*¹⁰⁷ actus existentiae oritur a forma; rursus, ergo, forma in genere causae efficientis causat istum actum essendi, et non formaliter. Probatur secunda sequela, nam in propriis passionibus ex eo dicimus formam esse illorum causam quodammodo efficientem quoniam passiones oriuntur ab ipsa forma tanquam quidam actus ab ea distincti. Ergo idem est dicendum de actu essendi.

Ad primum argumentum respondetur quod Divus Thomas attulit illa exempla, non ad explicandum modum quo forma est causa existentiae, sed solum ut doceret quod existentia erit a forma in genere causae formalis. Quocirca in hac parte nihil aliud dicendum est nisi quod exemplorum non requiritur veritas.

Ad secundum argumentum. Pro illius solutione notandum est primo quod forma respectu actus essendi citra dubium habet quendam modum causae efficientis quod in universum verum est *respectu*¹⁰⁸ cuiuscumque effectus secundarii formalis, et hoc probat secundum argumentum. Sed nihilominus illa causalitas quam habet forma respectu esse non erit extra genus causae formalis.

Secundo notandum est *quod*¹⁰⁹ inter proprias passiones et actum essendi hoc differt potissimum, quod quaecumque propria passio respectu essentiae constitutae per formam habet rationem diversae formae et distincti actus dantis aliud esse distinctum ab esse substantiali; dat enim esse accidentale,

104. Falta en el ms.

105. Falta en el ms.

106. Ms. *essentia*

107. Ms. *illū*

108. Ms. *respectus*

109. Falta en el ms.

verbi gratia, esse risibile, *etc.*¹¹⁰ Unde praesupponit essentiam iam constitutam in esse substantiali completo, productam per substantialem actionem. Et ipsa propria passio consequitur^{92v} postea / per *mutationem*¹¹¹ quandam accidentariam. Caeterum, esse non dat essentiae aliquem gradum essendi distinctum ab eo quem praestat forma substantialis, sed ipsum gradum substantialem et essentialem receptum a forma terminat et complet actus essendi, sicut punctus terminat lineam et non dat novum esse. Quocirca eadem prorsus actione qua essentia producitur, et ipsum esse comproducitur; habent enim rationem unius termini substantialis completi; essentia enim nullo modo potest produci nisi ut intelligitur terminata et completa per actum essendi. Ex hoc sequitur quod esse tribuitur formae quatenus ipsa forma constituit rem formaliter in esse substantiali completo, atque adeo reducitur ad ipsam in genere causae formalis et non efficientis.

Ad argumentum ergo distinguitur. Consequens primae consequentiae oritur a forma tanquam actu dans alium gradum essendi distinctum ab eo quem forma praestat. Nego sequelam. Oritur a forma tanquam *terminus*¹¹² complens et terminans substantialiter eundem ipsum gradum essendi quem tribuit forma. Concedo sequelam, et tunc negatur sequela propter rationem asignatam ad rationem dubitandi.

Respondetur quod effectus formalis primarius separari non potest a forma, secundarius vero potest separari, ut facere extensum in ordine ad locum separatur ab ipsa quantitate in sacramento altaris. Ita, in proposito, esse essentiae separari non potest a forma, quoniam est effectus formalis primarius; at vero existentiae separari potest quoniam est effectus secundarius, et ita separatur in misterio incarnationis.

Ad primam confirmationem respondetur quod in illo priori *natura*¹¹³ effectus primarius *intelligitur*; ¹¹⁴ secundarius vero intelligitur in secundo signo naturae, nam praesupponit primum effectum.

110. Ms. *ect*

111. Ms. *imitationem*

112. Ms. *terminum*

113. Ms. *naturae*

114. Falta en el ms.

Ad secundam confirmationem respondetur quod, sicut subiectum est causa passionum in duplici *causae genere*,¹¹⁵ et in genere causae efficientis per simplicem emanationem et in genere causae materialis quia subiectum recipit proprias passionem, et hoc secundum diversas rationes, ut docet Divus Thomas infra, quaestione 77, articulo 6, et bene Caietanus, ita forma, secundum quod complet subiectum existentiae, est causa materialis illius; at vero, si forma consideretur secundum quod dat esse essentiale et esse existentiae, non est distinctus terminus ab esse / essentiae, sed habet *rationem*¹¹⁶ unius termini completi ratione causae formalis, et istis modis essentiae et formae est causa existentie. Caeterum, quoniam argumenta primo loco facta procedunt contra secundam partem conclusionis, quae longe probabilior est, ideo solvenda sunt.

* * *

Ad primum argumentum negatur sequela. Et est maxime differentia inter personalitatem et complementum personale et esse. Nam esse est ultima actualitas per quam res est vera in rerum natura. Et est quid extrinsecum essentiae et accidentale, et ita debet provenire ab extrinseco agente, et non a principiis intrinsicis essentiae. Alias res *seipsam*¹¹⁷ produceret. Complementum vero personale non est aliquid accidentarium et extrinsecum; nec est ultima actualitas per quam res est. Et ita potest produci ab agente extrinseco mediis principiis essentialibus cum sit aliquid intrinsecum supposito.

Ad secundum argumentum respondetur quod sine dubio ratio illa assignata est optima, loquendo de causa efficiente etiam per simplicem emanationem. Nam causa efficiens, ut diximus, agit in quantum est actu; natura vero et essentia non potest intelligi esse actu prius natura quam habeat existentiam, etiam ut quo. At vero essentia et suppositum ita se habent quod, quamvis unum non potest esse sine alio, persona

115. Ms. *cae gnae*

116. Ms. *ratione*

117. Ms. *ipsa*

vero et suppositum est id quod est, natura vero est id quo. Et ita essentia et natura potest prius intelligi esse tanquam id quo aliquid est. Et hoc sufficit ad hoc quod sit prius natura quam effectus. Et per hoc patet ad confirmationem.

Ad tertium argumentum respondetur quod existentia est terminus extrinsecus rei genite. Est tamen maxima differentia inter grave, quando producitur, et ¹¹⁸ existentiam, nam existentia, ut diximus in ultima conclusione, non censetur terminus distinctus ab ipsa *essentia*.¹¹⁹ Nam esse est complementum essentiae, et ita per eandem actionem qua producitur essentia producitur esse. Quod vero lapis sit in centro censetur terminus omnino distinctus a productione lapidis, ut diximus de propria passione. Item, est alia differentia; nam grave potest optime intelligi existere actu prius natura quam / moveatur in centrum; caeterum, essentia non potest intelligi esse sine ultima actualitate quae est existentia. Ad confirmationem respondetur quod existentia non anumeratur inter accidentia quae consequuntur ad formam, sed ultima actualitas essentiae; et est idem terminus cum ipsa essentia.

Ad quartum argumentum dico primo quod, loquendo de complemento personali respectu cuius essentia habet efficientiam per simplicem emanationem, non dubium est ¹²⁰ quod in natura et essentia sunt principia effectiva ut flueret, dimissa humanitate, si habere posset existentiam. Tota difficultas est de existentia. Et, loquendo de illa, argumentum habet tres solutiones.

Prima est aliquorum magistrorum, quod, si humanitas dimitteretur a Verbo et non esset aliqua alia actio per quam illi humanitati detur existentia, ex vi dimissionis anihilabitur; nam humanitas, ut supponitur, non fit in Christo nisi quatenus est existens existentia Filii Dei. Confirmatur, nam humanitas, ut est quiditas, non est principium activum existentiae, etiam quantum ad resultantiam. Ergo in principiis intrinsecis humanitatis non est virtus activa ut producat nova existentia sine nova actione. Caietanus, qui oppositum

118. Ms. *per*

119. Ms. *existentia*

120. Ms. *nisi*

sentit, 3 parte, quaestione 4, articulo 2, loquendo de personalitate, et quaestione 17, articulo 2, loquendo de existentia, quod sine nova actione haberet existentiam, debet dupliciter respondere.

Unde sit secunda solutio, quod forte Caietanus tenuit, quod forma et essentia habent efficientiam respectu existentiae. Unde Caetanus, quaestione 17, dicit: "Habet enim a generante humanitas plus ad personalitatem propriam et propriam existentiam quam grave ad motum deorsum, cum illa seipsa ad hoc tendat intime, hoc autem per gravitatem et extrinsece. Sed generans dat gravi virtutem activam et effectivam ad motum, secundum probabiliorem sententiam." Ergo humanitas virtutem habet activam respectu existentiae in opinione Domini Caietani.

Tertia solutio est quod, ad hoc quod fluat nova existentia in humanitate dimissa, non est necessarium quod in ipsa essentia sit principium activum respectu existentiae, sed sat est quod ipsa humanitas de se sit inclinata in propriam personalitatem et existentiam. / Huius rei est simile in phisica, nam, in opinione Magistri Soto, quam tenet 2 Phisicorum, quaestione prima, loco 2, gravia et levia non habent in se aliquam virtutem activam respectu motus *deorsum*¹²¹ sed solum principium passivum; tamen, ablato impedimento, statim descendit, quoniam generans relinquit in lapide inclinationem ad motum, licet non virtutem activam. In proposito est etiam simile in theologia; nam sacramenta, secundum probabilem opinionem, recedente fictione, gratiam causant *active*;¹²² tamen non remanet aliqua virtus activa effectiva. Ita similiter in nostro proposito.

Ad quintum et ultimum argumentum respondetur quod non est certum an Divus Thomas tenuerit quod essentia se habet ut principium activum respectu existentiae. Dico secundo quod, in omni existentia, forma est causa, saltem materialis et formalis, respectu existentiae. Et ita existentia non provenit tantum ab agente extrinseco nec a principiis extrinsecis tantum. Dico tertio quod, ut diximus in quarta conclusione, essentia habet modum causae efficientis respectu existentiae.

121. Ms. *deorum*

122. Ms. *aactive*

Ad quintum argumentum respondetur ex dictis supra ad primum argumentum principale *cum*¹³³ sua confirmatione, et solutionibus omnium argumentorum.

Ad sextum et ultimum argumentum, in quo queritur utrum esse distinguatur tanquam res a re ab essentia, dictum est in secunda conclusione principali.

133. Ms. *cun*